omnibus et singulis supradictis prout rei
ueritas se habet et eis uidebitur expedire.
Necnon ad proponendum et confitendum
omnia et singula per eos et singulos eorum
acta et gesta existunt dictis Civitate Co
mitatu et districtu in rebellione manen
tibus. Et ad petendum gratiam et veniam et
absolutionem et remissionem super omnibus
et singulis supradictis et ab omnibus sen
tentiis uel bannis et processibus latis seu et
comminatis generaliter et specialiter tam per dictum
dominum papam legatum seu legatos uel depu
tatos ab eodem quam per Inquisitores seu loci
ordinarios. Necnon ad petendum Interdicti
seu Interdictorum positorum in Civitate comitatu
et districtu predictis quacumque ratione uel
causa relaxationem et remotionem. Et ad
subeundum promittendum et acceptandum
omnem penitentiam seu penam quam dictus
dominus papa uel deputatus ab eo eis imponere
uoluerit pro omnibus et singulis supradictis.
Et ad prestandum omne aliud iuramen
tum quod ad predicta seu quodlibet predictorum
obtinendum utile sunt necessarium seu quomodo
oportunum. Et generaliter ad omnia alia et sin
gula faciendum promittendum gerendum
et exercendum que in premissis et circa pre
missa sunt utilia necessaria seu etiam opor
tuna etiam si talia forent que mandatum
exigunt speciale. Promittentes constituentes
predicti pro se et ipsis et nomine quo supra michi notario infra
scripto tamquam persone publice recipienti et
stipulanti legitime vice et nomine dicti domini pape.
Sancte Romane ecclesie et apostolice sedis. quod predictos
procuratores et Sindicos uel ipsorum alterum
non revocabunt et si de ipsis seu ipsorum
altero revocationem per ipsos constituentes fie
ri contingeret ex nunc revocationem ipsam
cassant irritant et annullant et ipsam nullius
esse uolunt roboris uel momenti. Et pro se
suisque heredibus perpetuo habentes rata grata et
et firma omnia et singula que per predictos
procuratores Sindicos et nuncios uel eorum
alterum facta gesta promissa ordinata et
obligata sunt in premissis et quolibet
premissorum sub obligatione omnium bonorum
suorum et pena et duorum milium marcharum ar
genti soluendarum per constituentes eosdem appli
candarum Camere dicti domini nostri pape. Ac per
dicto notario tamquam persona publica vice et
nomine predicti domini pape et Camere supradicte
recipiente et legitime stipulante si per
constituentes ipsos uel ipsorum alterum in pre
missis seu premissorum aliquo extiterit
contrauentum seu quomodolibet attemptatum.
Seu premissa omnia et singula totaliter
et perfecte non fuerint observata seu etiam
adimpleta. Que pena totiens commitca
tur et exigi possit quotiens per dictos con
stituentes seu ipsorum alterum in premissis
seu premissorum aliquo quocumque modo
uel causa extiterit contrauentum omnibus
et singulis supradictis nichilominus in suo
robore remansuris. Dantes insuper et
concedentes constituentes predicti michi
supradicto notario plenam et liberam
potestatem presens instrumentum per
curationis semel et pluries unum et plu
ra Iusticia super predictis et quolibet predictorum
faciendi et in ipsis addendi et minuendi
prout dicto domino pape uidebitur expedire
uel alterius consilio sapientis. Actum et
Datum Mediolani in dicto palacio sub
Sigillo dicti Communis. Anno Indictione et die supra
scriptis. Presentibus Guillo filio Andree
de vicomercato presbitero sancti Petri ad corna
redum Albertino filio quondam Castel
li Dalmarii parrochie Monasterii novi Pery
olo filio quondam Guidoti de Briugo p
rochie sancti Martini ad nuxigiam Furizolo i
filio quondam Conradi de Coppa presbitere
sancti Petri ad linteas Petruzolo Apicailo i
filio quondam Amani Contrate sancti Lau
rentii maioris omnibus civibus Mediola
ni et multis aliis testibus uocatis et ro
gatis. Ego Arasmus filius quondam si
pagani Bogie contrate sancti Sixti Mediola
ni auctoritate Imperiali et officio provisionum et
reformationum Communis Mediolani notarius
predictis omnibus et singulis interfui et
rogatus tradidi ac infrascripto notario
presens instrumentum rogationibus meis sum